Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nicodemi Frischlini Rebecca

Frischlin, Nicodemus

Altorfii, 1611

Actvs II. scena I.

urn:nbn:de:bsz:31-138617

Visual Library

Et convitia ſe habent fere proclivius.
Itaq; mihi dubium non eſt, quin Angelus
Dei eum huc reducturus ſit fatis propitiis:
Idq; ut fiat, DEVM immortalem unicè precor.
Nunc proximum eſt, ut conveniam natum meũ:
Et eum de conſilii noſtri ſententia
Certum faciam. Nam u ſolus nunc reſtat mihi
Monendus: ut ſi eveniat, quod volo, nihil
In ipſo ſit moræ. Et ſpero ſic fore.
Nam nulla in re prius unq̃ immorigerum habui.
Ibo intrò, ut quæ conſtitui, peragam ſine mora.

ACTVS II. SCENA I.

Iſmaël.

EXite, agite, ite ignavi: vos malè conciliati, malè habiti
Ite ocioſi, quidnam reſtitatis? Iamdudum jubar
Clarum ſolis òbortum eſt: & omnes ſylvæ luci perviæ,
Et vos adhuc ignavi ſtertitis? Excutiam hercle inertiam
Hanc vobis, ſi vixero. Quanquam ita animatos vos eſſe video,
Ita negligentes, ita deperditos, ita ingenio impro-(bo,
Ut duritia tergi me vincere cogitetis. Nam ego fere

Semper priùs pulſando, quam vos vapulando, per Iovem, (magis
Fatigari ſoleo: neq; crediderim ſane hîc homines
Vnquam aſinos procreatos eſſe, quàm eſtis vos plagipatidæ.
Quid enim heſterna mea profuit increpatio? quid verbera?
Quid innumeræ plagæ, quibus coſtæ veſtræ etiamnum calent?
Nunc adeò edictionem iſthanc meam omnes animo advertite: (pero,
Niſi centum lepores hodie, totidemq́; capreas ce-
Omnes vos ego domum abripiam, atq; ibi Iovis ad necem operiar.
Atqui heri prædixeram omnibus, dederamq́; eas provincias (canes
Hîc ſingulis: ut alii veſtrûm adducerent vegetos
Secum: quos illis per hyemem educandos tradideram: alii
Sepes diruerent: & cervis omnes agros et vineas
Pateſacerent, alii ſylvam Pharan, ſepto circundarent:
Alii plagas & retia conficerent, & venabula emerent:
Et hoc omnes ageretis, rebus veſtris omnib. domi
Intermiſſis, ne liberûm quidem memores & conjugum.

Sed

Sed officium non facitis, niſi malo commoniti at-
que flagris.
Quin nunc aſsiſtite contra me omnes, & quæ lo-
quar, advertite. (ram,
Tibi nequam, & ſcelerum caput, mandari juſſe-
Vt rete conficeres, ubi habes? i, affer, ni jam af-
fueris hîc
Statim, tuis ex virtutib. à me probè exornaberis.
Quid tu verò? quid reſpectas? hoc ſis vide: hoc
age, verbero:
Huc animum adverte: huc adhibe aures. Tibi
mandatum fuit, canem
Vt tecum adduceres. Vbi eſt? quid muſſas nebulo?
quid taces. (gentia?
Proh Iupiter, quæ hæc oſcitantia eſt, quæ negli-
Itáne ad mandata claudi, cæci, muti, manci ac
debiles
Eſtis? nihil vt rectè facere in animum inducatis,
niſi malo
Et damno mulctati aliquo? Ego ædepol vos acci-
piam modis,
Quibus digni eſtis, miſeris: vt memineritis ve-
ſtri & mei, (negotii:
Chamum optimè. Ex hoc jam ſciam, quid iſtud ſit
Quod omnes tàm remiſſo ingenio, tàm vecordi-
bus animis
Eſtis, tàm futiles, tàm deniq; nullius pretii homi-
nes.